



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


**Sapientissimi || Et Disertissimi || Maximi Planvdis, In ||
Corporis Domini Dei No-||stri, Iesv Christi Sepvl-||chrum,
& sacrosanctæ Dei Matris ac || Dominæ nostræ
lamentatione[m],|| Oratio**

Maximus <Planudes>

Dilingæ, 1559

VD16 M 1677

urn:nbn:de:bvb:12-bsb11072046-1



~~Text~~

J 372.

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

3

SAPIENTISSIMI
ET DISERTISSIMI
MAXIMI PLANVDIS, IN
CORPORIS DOMINI DEI NO-
STRI, IESV CHRISTI SEPVL-
chrum, & sacrosanctæ Dei Matris ac
Dominæ nostræ lamentationē,
Oratio, latina facta, ab
IOACHIMO AXONIO GRAVIANO,

CVM PRÆFATIONE AD AM-
plissimum virum, D. D. Urbanum,
Episcopum Gurcensem, & Ec-
clesiasten Imperato-
rium dignif-
simum.

Adiectis ab interprete in locos ob-
scuriores scholiolis.

*Qui Galam opus, et Iulianum honore
Sed eius et pontis totum in eade*

Anno salutis M. D. LIX.

Ignatius Jany Ficus

INTERPRES

ad pium Lectorem.

Quisquis in hac misera duro torquere labore
Vita, spem portus corde animoq; gere,
Nil non perpeſſus, quæ fert hæc uita, malorum
Dux noſter Chriſtus iam breue monſtrat iter.
Nam quæ multa fuit quondam per ſecula clauſa
Omnibus ex æquo iam patet illa uia,
Morte ſua mortem uicit, ſtatuitq; trophæum,
Qui ueteratoris perdidit hoſtis opes,
Per uarios iactus caſus & mille dolores,
Ad patris regnum pertigit ille prius.
Sic nos diſcipulos domini talisq; magiſtri,
(Quorum ſors melior ipſius eſſe nequit)
Defunctos grauibus, multis, magniſq; periclis,
Littora poſtremo grata tenere decet,
Hæc ſpes nos foueat, ſint hæc ſolatia uitæ,
Tuta ſit hæc nobis anchora, certa fides.

ORNATISSIMO
 VIRO D. D. VRBANO
 EPISCOPO GVRCEN-
 SI, ET ECCLESIASTÆ IM-
 peratorio dignissimo Ioachimus
 Axonius salutem preca-
 tur æternam.



OSTEAQVAM, ANTISTES
 ornatissime, graui & perpetua quadam
 malorum, quæ una cum peccato in mundum
 confluerunt tempestate, in hoc uastissimo
 dura & calamitosa uita nostra mari iacte-
 mur; infelices profecto & miserabiles ui-
 deri poteramus, si in medijs procellis, &
 ope & consilio destituti, huc illuc incerti
 salutis nostræ agitaremur. Nunc uerò cum salutaris iste Castor & Pollux
 (Christum dico Deū & hominem) nouissimis hisce diebus in ipsa ferè rerū
 desperatione nobis apparuerit, & certam fidem emergendi fecerit, quid
 est quòd dubitemus ea uti arte, quam nos uniuersi huius author & guber-
 nator docuit, & suo ipsius digito monstrauit, ut scilicet quoties oboriun-
 tur tentationum procellæ, habeamus ubiq; hæc duo, ancoram & portum,
 hoc est, tolerantiam & spem ante oculos semper parati, ut hac in magnis
 nitamur periculis, illa uerò recta ad littus quietis contendamus. Hoc quis-
 dem eò facilius est nobis, quòd uia, quæ nobis insstèda est, dux ille, qui ipse
 est, & uia & uita & ueritas, suis uestigijs præstrauerit & aperuerit.
 Nam quo certiores essemus animo, nō piguit illū e cœlo beatissimo, in hæc
 ærumnosam descendere terram, nobis exemplo suo ostendere uolens, ut
 quemadmodum ipse, quamdiu inter homines est uersatus, omnes iniurias,
 etiam mortem ipsam, iniquissimè illatas, moderatissimè & patientissimo

A 2 animo

animo tulit, & coronā uictoriæ per resurrectionem suam reportarit: sic
& nos talis magistri discipuli discamus, malū bono patientiæ esse uincēdū,
et finem afflictionū nostrarū expectandū, à quo summa uoluptas nos sit ex-
ceptura. Quæ si infixæ animis nostris perpetuo habuerimus, nullus unquā
tātus nobis cū malis erit cōsilius, unde nō simus facillē eluctaturi, nec solū
eluctaturi, uerū etiā triumphū gloriosissimū acturi. His igitur duobus anti-
dotis, quæ uirga & baculo, miseros cōsolari solitis significauit Dauid: &
oleo uinoq; uiatoris illius Hierichunt ei uulneribus infuso, misericors ille
declarauit Samaritanus, qui rectē uti nouerit: is demū uerus discipulus Iesu
effectus, mūdo & omnibus mūdānis cōtemptis in unica dñi sui uita, morte
& resurrectione suauissimē acquiescit. Quo otio cū ego iudicem, nullū ne-
gotiū esse in hac turbulenta uita, aut utilius, aut cū maiore uoluptate con-
iunctū, perbeati illi mihi uideri solēt, qui huic uni dulcedini ita se dederūt,
ut insulsas & letiferas mūdi delicias ita fastidiant, ut nō amplius affici illis
possint. Quæ res effecit, ut cū his diebus oratio quædā pelegans & pia ad-
modū, à Maximo Planude in corporis dñi dei nostri Iesu Christi sepulchrū,
& diuæ uirginis matris lamētationē scripta in manus meas incidisset, talis
mihi uisa fuerit: quæ ad oēs piorū & uerē Christianorū hoīm manus pueni-
re deberet. Eo. n. pietatis ardore est inflāmata & eiusmodi π α β η μ α τ ρ ο υ
religiosi cordis grauitate incitata, ut nō solū hoīm animos uelut mortis stu-
pore correptos expergescere, sed etiā saxeæ corda pmouere possit. Quā-
obrē nō omnino inutile aut bonis mētibus ingrātā me operā nauaturū pu-
taui. Si ē Græco in Latinū sermonem hanc traducerem, & tuæ humanitati
dedicārē, nō quòd te in hac palastra iā à multis annis cū summa dignitate
et maxima gloria uersatum, hoc tam leuidensī munere donandū censuerim,
sed ut tua auctoritate ad eā legendā, sepiusq; ac sepius repetendam, imò
memoriæ imprimendam excitarentur multi, à quibus ut rectius posset in-
telligi, scholiola ubicunq; locus aliquis obscurior id postulare uisus est, ad-
iecinus; quibus utinam aliquid utilitatis simplicibus hominibus (quales
Christus delegit sibi discipulos) adferre possim. Abundē compensatum
hunc qualemcunq; nostrum laborem existimarem. Quod uti fiat,
illum precamur, qui nūquam honestis conatibus deesse
solet. Vale Augustæ Vindelicorum 12.

Calend. Aprilis.

SAPIEN

SAPIENTISSIMI
ET DISERTISSIMI
MAXIMI PLANVDIS, IN
CORPORIS DOMINI DEI NO-
stri Iesu Christi sepulchrum, et sacrosanctæ Dei
Matris, ac dominæ nostræ lamentationem

oratio, latina facta, ab Ioachimo
Axonio Grauiano.



VIDNAM QVIS CONIE- Exorditur ab
ctet ex his signis, quæ in præsentî re- ijs portentis,
rum statu cernuntur (non enim sine quæ tribus
magna causa accidisse uidentur, ac e- illis diebus,
iusmodi sunt, ut omnium animos ad quibus Chris-
lugendum inducere possent) quid rur- tus cruci est
sum is cogitet, qui ea, ad quæ paramur, spectet, siquidẽ affixus, se-
letitię, festiuitatisq; omnium maxime hæc nuntia sunt: pul- & ad
Quid igitur horũ utrumq; & vnde, ac quo tendit? ne- uiuos reuer-
minem qui ex nostro sit ouili, hoc ignorare arbitror. sus, sint con-
Cui enim ignotum est, illud esse, Christum in sepulchro specta. Fuit
iacere cũ mortuis: hoc verò spem resurrectionis ab ip- oratio hæc
so prædictæ. Verum posteriori in præsentiarũ superse- postridie pa-
deamus (nisi fortè ambo explicetur per se mutuo: quã- rasceues.
do de uno qui uerba faciat, alterum silentio præterire Alludit ad il-
nequeat) ad ea uerò, quæ, quod prius est, exigit, dictu- lud Euange-
rus accedo, etsi forsan satius esset, taciturnitate hũc me- liũ ubi Chris-
venerari diem, quam oratione mea uideri magis, quam- tus est iũ se
dignitas admittat, eum mutilatè ante oculos ponere. uocat ouilis.

A 3 bant

bant uim, ut homines prorsus lapideos ad se conuere-
re possent, ac ipsis tantum non ea, quæ uocem edunt,
ostendere quod non hominem merum solumq; , sed
Deum hominem iudæorum grauasset inuidia. Quæ
autem hæc sunt, quæ dico: Tenebræ soli offusæ, terra è
fundamentis conuulsa, saxorum uelut ab ictu facta di-
ruptio, uelum templi à nulla, quæ quidem uel tenui
sensu percipi potuerit, uel dissicillimum, & quod maxi-
mè fuit horribile, mortui è patefactis sepulchris pro-
siliantes, & in multorum conspectus prodeuntes. Hæc
enim, atq; his multò magis admiranda necesse erat fie-
ri, cum deus in carne pateretur, & iniuste suspensus es-
set in lignum. Quinetiam par erat, cum is qui oia conti-
net, cõtumelijs obrueretur, ut hæc quoq; in discrimen
pereundi, & cœlum (quod dici solet) terra miscendi,
adducerentur. Hodie aut & aliud contigit mysterium,
nimirum dei ad inferos descensus, ut qui in terris cum ad
huc uersaretur, Euangelium prædicauit uiuis, non minus
his, qui à multis iam sæculis uita defuncti fuerat, annũ-
tiaret similiter. Neq; enim debuit, cū natura sua, iustus
sit, horum nomine, qui inde fuerunt, ex quo apud nos
est peregrinatus, & qui deinceps futuri sunt, quamdiu
nox & dies sibi mutuò sunt successura, conari omnia,
quæ ad primū hominem nos reducāt: eos uero, qui an-
tea descenderant ad inferos, calamitose et quoquo tan-
dem modo in tenebris agentes despiciere. Nam decuit
illum nō solū uiuorum, sed etiam mortuorum deum &
seruatorem declarari, & ita deuastare regnum peccati,
quod erat infernus & mors. Tantum enim ualuit adit-
us peccati in homines, ut hæc secum intulerit, atq; hoc
iactare potuerit, quod naturam humanam illuc delap-
sam uelut hereditatem ineuocabilem nactus fuerit. Erat
aut hoc quoq; bonitati simul & magnitudini Dei pro-
priū, ut quem immortalitatis munere donarat, hunc à
peccato

Naturam il-
lam hominis
in fontē qua-
lis in primo
parente no-
stro fuit A-
damo ante
lapsum in-
telligit.

peccato ad mortem protractū, nō negligere, sed manū
porrigere iacenti, & de casu rursus ipsum leuare. Qui
quāso conuenisset, imò vel auditu penitus tolerabile
fuisset, peccatū omnino efferrī & attollī cōtra potentiā
& bonitatem dei: posteaq̄ bonū sit eiusmodi, vt per se
existat, & oīa contineat, malum uerò nihil sit, quo dici
possit subsistere. Qua de causa cū statuisset Deus ad in-
tegritatem signum suum reducere: nec angelis, nec
archangelis redintegrationem commisit, quādoquidē
nec primā fingendī nos copiam illis fecit, sed ipse hanc
potestatem sibi sumpsit, qui preclarū illud manū sua-
rum opus (hominem dico) noxa premi nō est passus, ut
quemadmodū ipse solus est Deus, ita & opifex esset &
seruator, & hunc solum agnosceremus eū esse, qui hęc
fecerit, eiq̄ soli gratias ageremus, & reuerentiā, sicut
oīs creatura, exhiberemus. Ob hanc igitur causam, non
vnum ē cōelo in terrā iter instituit, sed et ad inferos usq̄
descendit, & postq̄ descendisset, areas portas effregit,
& repagula subuertit: eorumq̄ qui in tenebris & um-
bra sedebant, grūna ferroq̄ cōstricti, uincula abrupit,
atq̄ eduxit, ē caligine quidem ad lucem uesperē nesciā,
ex morte uerò ad uitā aeternam. Quibus etsi tardior,
tamen desideratior ad liberandum seruator adfuit. Ap-
paruit enim illis in fine seculi, his uerò sic, vt nō minus
optabile fuerit, clamorem suū nō fugere perpetuò illū,
qui solus facere saluos poterat: q̄ ab initio nō decidisse
illuc, vnde nisi quis exemptus esset, & melioribus
reuiisset perpeti nihil potuissent grauius. Cum itaq̄
multa sint admiranda opera, quę carne indutus, in illa,
qua ad nos uenit, demigratione, seruator noster osten-
dit, cuncta illa quidem talia, vt omnem dicendī uim
superent: tum vnum est & summum & maximum, cō-
fectum hodie, id autē est inferni vastatio, mortis mors,
liberatio

Videtur hic
secutus Py-
thagorā, qui
in ordine re-
rum quę in
natura sunt,
bonum col-
locauit, ma-
lum uerò in
ordine eorū,
quę non ex-
istunt, hodie
priuationa seu
priuationes
uocatur in
scholis.

Hoc illud est
Propheticū:
populus qui
ambulabat
in tenebris,
uidit lucem.

liberatio animarū, & ad cœlos patefactus uolentibus
 aditus, quo omnia alia, siue propius admota, siue lon-
 gius amota, referuntur: haud aliter, quàm gladij, quàm
 clypei, quàm galææ, quàm hastæ, aliq̄q̄ armorum arma-
 torumq̄ apparatus, ut equorū cōglobatio, ducumq̄ &
 his subditorū ac subsidiorum acies, ad unum oīa spe-
 ctāt, ut scilicet circūueniatur hostis. Atqui (si uidetur)
 paulū contineamus nos, & à sermone quiescamus: do-
 nec seruator quæ apud inferos sunt agenda, perfecerit.
 Interim eamus ad sepulchrum, lamentabiles virginis
 matris, quos filio effundit, audituri fletus, post ad ea,
 quæ hic annectenda fuerant, reuertemur. Eamus aut̄ ta-
 cito, non iā ambigentes, aut propter hēsitationē aliquā
 morantes, sicuti Petrus olim & Iohannes: sed ne inter-
 rumpamus aut disturbemus luctum. Quia uero probè
 officio uostro functi, patientes huc usq̄ aures præbui-
 stis, & procul à sepulchro cōstitistis, auscultate & nūc.
 O terra, ô sol, ô æther quantos percipitis (si quis uo-
 bis est sensus hos meos ploratus. Qui quōdam unicus
 mihi fuit filius, qui unicum mihi solatium: hunc in se-
 pulchro uideo iacere mortuum, & paucos admodum,
 qui huius cladem miserentur, præclare secum actum
 ratos, si non arguantur hunc nouisse hominem. Nam
 ne hic iacenti ad gemiscere deprehendantur, probè sibi
 cauerunt vndiq̄. At, quàm multi diuersissimæ mor-
 tis vnde quaq̄ mihi incumbentes metus, suadent, ut
 hæc tegere uelim. Qua ratione mihi imperem, ut non
 altissimo fletu, planctūq̄ exclamem, etiamsi nemo ad-
 mittat, sed omneis prohibeant. O tristissima omnium
 dierum dies, quæ tum mihi es exorta, cum filium uidi è
 ligno suspensum, clauisq̄ perfixum, & latus eius hasta
 apertum, atq̄ ipsum ea perpetientem, ad quæ nec
 animum aduertere queo. Cur hanc non è corpore
 euulsi

Hi enim cū
 ad ipsos ad-
 latum esset
 per mulie-
 res de resur-
 rectione do-
 mini, nō cre-
 diderunt, sed
 phasmatis
 loco nunti-
 um habue-
 runt,
 Oratio diua-
 virginis ma-
 tris plena
 παρηγοριῶν
 artificiosif-
 simorum.
 * Tangit
 uerba Petri
 dñm suum
 diffitentis.

euulsi animam, cum acerbítatem illam sim intuíta
 præsentem quæ etiam nunc, quoties ad memoriám re-
 uoco, me penè exanimat. Heu tuam, nate, cædem, heu
 iterum atq; iterum, quàm iniuste cruci es affixus, &
 iniquè clauis es percussus, quàm impiè hasta ictus.
 Grauibus tu pressus malis, ex humanis migrasti: gra-
 uioribus uerò ego afflictá cingor. Optatius enim est,
 mortem obíre, quàm in dolore uiuere. Quam miserá
 am primò, quam deflebo postremò. Totis mihi opus
 foret fluminibus in lachrymas uersis, si unicuiq; singu-
 latim esse imoratura. Illusus es tu, ego me ploratu cõfe-
 ci: tu colaphis cæsus es, ego faciẽ texi, intuitum Solis
 nequaquam ferens: tu sputo conspurcatus diffluxisti,
 me ignominia ista coëgit, totam me lachrymis perlu-
 ere: tu purpura cum derisione es indutus, mihi si quis
 † saccum lugubrem porrexisset, libenter amplexantem † A more Iu-
 uidisset: tuum arundine caput est percussum, ego meũ deis olim re-
 caput manibus contudi: tu flagris laniatus es, ego me cepto hoc
 totam discerpsi: tu suspensus es, ego præ dolore con- accepit, qui
 cidi: tu clauis cruci es affixus, ego rigida & immota in rebus af-
 mansi: tu fel cū aceto bibisti, meam amaritudinem quo ffectis Saccũ
 pacto eloqui possem: expirasti, ego propemodum: ha- induebant,
 sta fauciatus es, meũ cor acutus penetrauit ensis: deni- vt in Nini-
 que nunc in sepulchro iaces mortuus, mea conditio uorum hi-
 etiam mortuorum conditio est mirabilior, & mul- storia legi-
 tis mortis generibus grauior. Utinam in Egypto mus.
 tecum & propter te, fili mi, illuc profecta, mansissem,
 nec ulla uia ad Iudæos reuertissem. Forsan enim non
 assiderem nunc muto huic lapidi, † lapidi meis lachry- † Lapis se-
 mis madenti, mœrorem mœrore atq; dolore cumu- pulchri hic
 lans. Oportune declinauimus, ð nate, tunc temporis est.
 furorẽ Herodis. In peregrina, quàm propria, eaq; que
 nos tulit & educauit, uitam duximus tutiorem. De-
 bebat alter scilicet Herodes iterum ad mortem perse-
 qui animam tuam, Herodes, inquam, cum Pilato, ad-

B uersus

uersus te conspiratione conflata. Atque nunc quidem
 mortem oppetisti tu, ego uero miserrima mater gemi-
 tu contabesco. Defecerunt omnes amici, adeoque disci-
 puli, tui exemplo securius se continere docti; ac in-
 cubens periculum fuga euitant. Hei mihi, quod etiam
 latronibus peior sis aestimatus, & Barrabas ad uitam,
 tu ad mortem sis expetitus. Multis tu quidem matri-
 bus e morte restituisi liberos, atque id nunc gaudent, et
 sibi gratulantur; mihi uero ecquid tale contigit: mor-
 tuum te lugere unigenam, primigenam, cur non me
 prohibuisti? Cæcos uidendi munere donasti, surdis
 auditum instaurasti, impeditis lingua, uocem expla-
 nasti, manus & pedes mancos in integrum restituisi,
 quantorum & quam multorum miraculorum tu unus
 fuisti Author, ac quod maximè est, mortuos uelut ex
 somno exuscitasti. Ego quod talis filij mater uocarer,
 gloriabar. Vbicunq; enim tuorum miraculorum erat
 recordatio, ibi & tu benè audiens aderas, quo uero tui
 fama peruenerat, illic & me, quæ te genuissem, fœli-
 cem prædicandam censebant. Nunc uero exiguum
 tempus sat fuit, ad peruertenda hæc in fletus & lachry-
 mas. Commota est autem, nate mi, tua afflictione om-
 nis creatura. At quod unumquodq; elementorum sin-
 gulatim sustinuerit, non difficile fuit uidere, ne qua
 accessio fiat cæteris animo meo percurrendis: cum ta-
 men ad me pertinere iudicarem, unoquoq; casu cor
 meum percelli. Siquidem sole tenebris obducto, obdu-
 cta sum tenebris, ac terra concussa, concussa sunt mihi
 membra. Cum uero saxa sunt perfissa, & uelum discis-
 sum, non potuit cor meum non discindi: sepulchra sunt
 aperta, ego haud aliter fui affecta, quam qui ad sepul-
 turam efferuntur. Quoties quis nuntiabat structas tibi
 à Iudæis insidias, grauius ego timebam periculum
 uero; neq; enim tui amor leuicis sollicitudinum cogi-
 tationes mihi iniiciebat, sed metuebam tibi ea, quæ
 nemo

* Somnū uo-
 cat corpis &
 ai dissolu-
 tionē ex do-
 ctina ipsius
 Christi, qui
 mortuos dor-
 mire dixit:
 uti Lazarū
 cæterosq; q̄s
 è mortuis ad
 uiuos reuo-
 cauit.
 In grauibus
 malis & an-
 xijs dolorib;
 hoc accidere
 solet, ut ex ni-
 mio humorū
 in corpe agi-
 tatorū motu
 & spirituū
 (q̄s vectores

nemo sibi ipse metueret. Lapidés in te sublatos audi-
 uí, ac me lapide & sensi frigidiorém. Quid uerò? occu-
 buit Ioannes? & tuæ ceruicis securim impendentem
 fingebam. Is cui tu uisum donaras, è Synagoga est eie-
 ctus, & ego sæuam tui persecutionem apud me uolue-
 bam. Iam uerò Lazarus tuo beneficio morte exem-
 ptus, ad necem rursus est quæsitus, & hic de te mihi
 renouabatur formido. Sed hæc eò sunt progressa, ut
 metum attulerint, quæ uerò nunc euenerunt, finem
 metui imposuerunt, atq; initium fletus & luctus mihi
 adduxerunt. Te nate propter hæc defleo, & tuo no-
 mine ploro, nec scio diem, quæ meas lachrymas sistere
 possit. Sinite me, quæ huc solatium allaturæ accessi-
 stis, mulieres. Si enim mare fluctibus & uí turbatum
 uentorum non potest non intumescere, & flumina ex
 alto delabentia absq; sonitu ferri nequeunt: certè fieri
 non potest: si modò ego mater sum, ut non lugeam fi-
 lium charissimum. Debebam enim descendere comes
 indiuidua simul cum filio ad inferos: posteaq; nulla me
 uoluptate frui natura permittit. Atqui utar eo, quod
 saltem mihi ipsa conciliare possum, solatio, Non ego
 expers arguar pietatis erga filium mater: non desinam,
 quem utero gestauí, deflere: non conuocabo illas, quæ
 * deplorét, quem in hanc lucem produxi, & quem edu-
 cauí, ut mihi prouocentur lachrymæ: propendent
 enim & erumpunt, atq; dolor oculis oboritur, quòd
 exitum illis non dent latiorém. Vnde quæso mihi ipsa
 lenimen conquiram, quemadmodum multis licet ma-
 tribus, relicta alicuius spe prolis, neq; enim ea mihi
 suppetit, ita ut talis sors hæc sit, quæ infra omnem mi-
 tigationem prostrata iaceat. At quo dignitatis quam
 facile mihi filius fuisset euectus. Nam quis tanta poti-
 ri gloria quieuisset, atq; ille, nisi famam apud homines
 cõsequendam magis fugisset, quàm sectari alij sint soli-

medici vo-
 cāt) collisio-
 ne, scotoma,
 hoc est, cali-
 go oboriat
 oculis, quæ
 interdū effi-
 cit, ut homo
 uelut mor-
 tu^o, cõcidat.
 * Metus fri-
 gus inducit,
 ut Physiçi
 docēt. lege
 Aristote: &
 Alexandrū
 Aprød.

* Hæc cõstue-
 tudo fuit Iu-
 dæorū (q̄ etiã
 inter Christi-
 anos, p̄cipuè
 Principes &
 Magnates
 seruatur) ut
 in funera
 adhiberent
 præficas.

B 2 tis

ti: Quid uerò? nonne damnarunt nullius criminis re-
 um, non enim contradici potest. Quibus unquam de-
 stitit beneficijs suos afficere homicidas? hæc quam con-
 solationem non propellant & respuant? quos plora-
 tus mihi non excitent? Quiduis perpeti malim, quæ sic fi-
 liū indefletum relinquere. Iniquè profectò facerem, ta-
 lem ego mater adepta filium, Puderet me quoque ma-
 trum, quæ hoc (si contingat) nomine potius student
 dici parentes, quàm uteri gestatione, quàm partu, quæ
 educatione pueri, hæc enim naturæ aliquis tribuat, il-
 lud uerò non est eiusmodi, ut etiam mulieribus à na-
 turali affectione alienis non sit commune. Multæ
 namque sæpenumero educauerunt infantes à se degene-
 res, illud uerò rectè matres afficit. Peperi, cum filium
 peperì, eratque hoc mihi maximæ uoluptatis causa, mihi
 enim uidebar me parere, neque sciebam me hominibus
 parere furij agitatæ, mihi autem ipsi eiulatus, fletus
 & lachrymas eniti. Nec sanè ab alijs ad me allato nun-
 tio, filij mortem * deploro (fortassis enim acerbis ita
 fuisset malum) ipsa his contuita sum oculis, manibus
 & pedibus clauis perfixum, ipsa, hasta fauciatum, ipsa
 astans sitientem audiui, & fel cum aceto bibentem ui-
 di, neque animam me præsentem deposuit. ad hæc quàm
 immensam prætereo mœstitudinè. Qui non sangui-
 nolentas extrudo lachrymas? Age ô charum pectus,
 profundos suppedita mihi gemitus, uos autem oculi,
 scaturiginis instar lachrymas profundite, nunc enim
 gemitibus & lachrymis mihi est opus, hisque copiosis,
 ut pro dignitate fleam & plorem. Si quis magis nouus
 est eiulatus, si quis lachrymarum fons abundantior,
 nunc mihi omnes adsint, & fletum quàmmaximè au-
 geant, neque enim dilectissimum uolo deplorare & in-
 terquiescere, & iterum deplorare atque iterum, sapiusque
 ac sapius: sed flere perpetuò. & in uniuersum nunquã
 desinere. Hei mihi, inuidia filium perdidit, inuidia
 mihi

* Et hoc Phy-
 sicū, ut rebus
 subitis & ex
 improviso al-
 latis magis
 consterna-
 mus, quæ lentis
 & paulatim
 se obijciēti-
 bus, siue in
 aduersis, siue
 in rebus p-
 speris, quæ
 admodum
 multæ sæpe
 matres, re-
 deūtibus fi-
 lijs uiuis quæ
 in bello ac-

mihī luctum peperit, cum quibus miseris dulcissimū
matris nomen commutauit: non sanē in leuibus rebus
mea uersatur calamitas. omnium matrum dolores
meum dolorem non attingunt. omitto illusiones, spu-
ti iniectiones, colaphos flagra cæteraq; (cum magnis
enim magni sæpe sunt conflictati) ad caput malorum
uenio, crucem, clauos, hastam (nisi ea quoq; exigua
sint, & fletu indigna) hæc quantam luctus magnitudi-
nem non exigunt: inuidia, inuidia (lethiferum in op-
timos quosq; semper iactum telum, idq; inde, unde mi-
nimè quis suspicetur) fuit, quæ in nostrum caput hæc
deuoluit mala, inuidia (in q;) procellæ modo, in mediâ
qua fidimus clanculum inuidentibus & mordenti-
bus, tranquillitate naufragium inuehere solita. O
crux, ô clauī, ô hasta, & tu ô sepulchrum, reliquaq;
quæcunq; hanc mihī adornastis tragœdiam, me ne so-
lam inter omnes matrem post hominum memoriâ
tot tantisq; erumnis in unum impetuosisimè conflu-
entibus à uobis inuolui: Sat magnum unumquodq;
uestrum habuisset pondus, ad immergendum luctibus
animum meum: nec quidquam defuisset, quin extre-
ma pati uisa fuisset. Nunc uerò omnibus simul inēu-
bentibus, quo pacto onus feram: qua ratione unicuiq;
fatis illamentabor, ac omnibus pareis accommodabo
fletus: si nondum matris infelicis induam animum, in
quantos ob hoc luctus prouoluar. Si quando in men-
tem uenerit alterius matris filium ad sepeliendum ef-
ferentis: illius dolor, meam mihī refricabit miseriam,
meum enim malum inter omnia mala, quibus cum pos-
sit componi, primas per omnia ferre uideo. O malitio-
sum Iudæorum conciliū, non uester profectò fuit pa-
rens Abrahamus, sed malus aliquis genius ab initio,
deinde liuor, homicidiū & mors, et si quod aliud *malū * Id ex opini-
circum terram uolitari solet. Non enim Abrahamus one Platoni-
uos docuit, mortis insidias locare popularibus ue-
stris:

nauit, qui & in aere et aq̄s & circū terram q̄ plurimos obuentare existimant spiritū rūt faustos, tum infaustos. Cōsulendus Lamblich⁹, Porphirius, Proculus, Plotinus, & ceteri. Eiusdem sententiae fuerunt poëtae, quos olim uocabant theologos, qualis Apollo, Callimachus, Hesiodus, & Hermes Trismegist⁹, alijq; similes.

stris: cui non ferendū uidebatur, si peregrinus aliquis se inscium non affectus ab ipso prius beneficio, praeteriisset. Egregiam certē uictimam huic festo delegistis (puris manibus alia administratis sacra) neq; uos diei pudor aut reuerentiā a rabie potuit reuocare. Quibus modis alienigenam inuaderetis, si tam saeuo furore in municipem uestrū estis inuecti. Hoc scilicet illud est, nate amantissime, quid Simeon uenerandus ille senex sub inuolucris indicauit (cum te in templum de more comportatum manibus excepit, etiam dum infantem) mortem uidelicet tuam. Nunc demum illum sentio enssem, quem cor meum penetraturum dixit. O Cana ueritate suspiciende uir, etsi nihil unq̄ aliud de quoquam uaticinatus esses: hinc solum ego te inter uates collocarem, nam penetrauit, & penetrat cor meum gladius, & animum meum uulneribus opplet, & uiscera laniat. Quam ualdē clarē nunc illud mihi est perspectum, qd̄ tunc obscurumerat. Quos tua morte conciliaisti mihi, fili charissime, mœrores: quas lachrymas, quos fletus ē fletibus ortos: duros illos quidem quod te lucem suauissimam, me non sinis intueri dulces alioqui, quod priores dolores usq; se excipientes inuicem, his exhauriens, me fortiorem reddam ad sequentes. Ut male pereat, qui te in tuam mortem coniuratis prodidit, quē discipuli munus amicū facere uidebat: uerum animus seruus, auaritiā mancipium, illum coëgit, in tempore prodere mentem inimicam & hostilem. Nemini talis contingat amicus, qui pecunijs inhiet: neq; enim diu coniuncta sibi mutuo possunt esse amicitia & sitis argenti auriq; licet enim quandoq; coëant (perfidiose sane) citissimē tamen à se dissident atq; secedunt. Quid autem inscribat quis, mi nate unice dilecte, tuo sepulchro: **IESVM HVNC INVIDENTIA IVDÆORVM, PRO PLVRIMIS, QVÆ IN IPSOS ETIAM INVITOS**

VITOS ET RESPVENTEIS CONTV-
LIT, BENEFICIIS SVPPICIO CRV-
CIS REMVNERAVIT. Quam ipsi inuisa
hac fuerit inscriptio, tibi gloriosissima, mihi autē mul-
tarum lachrymarum monumentum. Multa, fili, sunt,
quæ fletus meos grauiiores & magis magisque acerbos
efficiunt: quibus & hoc accedit, quod in sepulchrum
coniectus sis alienum: nisi enim extitissent Iosephus &
Nicodemus, quos tui peruasisset miseratio: haud scio,
quomodo nunc iaceres insepultus, abiectus, & his,
quæ cunctis extrema persolui solent, destitutus. Vnū
superest, quod mihi lachrymas discutiet, si tertio die,
quemadmodum prædixisti, surrexeris. Istud uidere
contingat, non enim tua labia unquam contaminauit
mendacium. Dehinc taceo, lachrymis interea dolo-
rem meum fouens atque producens.

Finis oratio-
nis Deiparæ
virginis.

Hæc dum mater Dei profusis queritur lachrymis,
fensi uelut ex alto gurgite, alium ululare quempiam, ac
mihi ipse silentium imperans, mentemque adhibens, au-
scultaui. Erat autem, ut ex ingenti conicere licuit ulu-
latu, subitus mugiens inferorum Princeps. Iam enim
ex capillo omnia ipsi pendebant. Quæ autem eboabat
hæc erant. Hem quis hic, qui tam alacri aspectu ad nos
descendit, subluentem Solem referens, plenus con-
fidentia: non ut cæteri solent, toruo vultu incedens.
Quid hoc? ipsū contra intueri nequeo. En aliud quoque.
Cur oēs hi, qui nostro imperio hæcenus fuerunt subiū-
gati, ipsum circumstant, & gaudium ineffabile gau-
dent: omneis paratos uideo ad exitum, hilaritatem
propter liberationem præferentis: nec iam nostram ue-
rentur potentiam, ne his rebus nouis & inusitatis of-
fendar. Hem copiam meam, opem non feretis? Vestrum
est, aut hunc comprehensum tenere, aut hoc ipsum illi per-
suadere, ut expectet, neque hoc temporis moliat quidquam.
O rum.

Prouerbiū
in res pericu-
lo proximas
sumptū (ut
videtur) ex
Dionysij Si-
culorū tyrā-
ni historia.
Oratio Prin-
cipis infero-
rū plena tu-
more, fastu
& superbia,
ob quā pri-
mò detrusus
est in tarta-

O infortunatum me: hucusque omnia mihi ex sententia cesserunt, ac ita res meae fuerunt, ut meliores esse haud potuerint: nunc autem, quae ex utilitate mea fuerunt, euertuntur & pereunt, contraria uero irruunt, et quod iam nullus sim, sed occiderim, non tam uerbis discio, quam factis malum inuectum sensu prehendo: nec prius illis, qui hic degerunt, dominari nos sciimus, quam alijs nunc demum succubuimus. Quamdiu apud nos quidem mortui fuerunt, non omnino male habebant se res nostrae: his uero subductis, omnia uidentur nobis impendere mala, nisi forte uice redeant uersa, quod me praeter caeteris torquet maxime. Primum enim regnum meum sublatum uidebo, deinde aufugienteis eos, qui hactenus sub iugo nostro detenti fuerunt. Heu mala. Arbitror equidem oportuisse, sicut alios, qui huc descendunt, paruifacio, ita hunc quoque me nihili loco ducere. Atqui fuit hic elatior, quam ut uideretur aliquis esse illorum, qui hic conclusi tenentur, quin & hoc me gaudio affecit, quod putauerim hunc quoque in matriculam illorum, qui mihi parent, inscriptum iri, quod uero omnibus effugiendi uiam monstrauit, id calamitatum omnium est extremum. Consultius fuisset me caeteris, absque hoc, omnibus imperasse: quam unam cum ipso, alios quoque hiantem euomere. Absorptus est nobis pridem alter quidam (Lazarus erat nomen mortuo) eum aliquis uiuorum (quem hunc ipsum, qui nos tam male nunc mulcet, hunc inquam, esse opinor) per uim abripuit, longiuscule, & diutius quam ipse hic est, apud nos uersatum. Ego equidem tunc quoque dolui, passus ea, quae non soleo: tui nihilominus, exiguam rationem unius esse habendam ratus, nunc uero de omnibus est periculum. Quod si reuera hic est, qui nobis eripuit Lazarum, necesse est ipsum extrema moliri. Qui enim procul hinc absens edita tantum unica uoce effecit, ut unius liberationem
inhibere

inhibere nequiverimus: quid non patraturus est, cum apertè in nostram regionem irruit? Hei mihi, sicine illum depopulari omnia? itane hinc prædam abigere? Hactenus me tenuit admiratio Helix cuiusdam, & ante ipsum Enochii: quos ij, qui huc descendebant, perquam ridere suum nunciabant descensum, hic autem non eiusmodi immortalitatis particeps, sed & gloria potitus, eminet inter omnes, Sed heu, quid patior: eijcior, verberor, euertor, vinculis cõstringor. Sic vultantem audiui inferorum principẽ, atq; ex ipso vastationem ipsius intellexi.

Nunc tempus est, quo natura humana aduersus hostẽ gloriatur malignum. Quæ enim dilecta non fuit, dilecta est vocata, & deum nacta est amasiũ. Si enim pater filiũ, ppter ea quod ipsum genuerit, amat: deus quoq; hominẽ, quod illũ cõdiderit, prorsus diligit: & ob id tyranno, cuius iugo premebatur antea, potentiorẽ fecit. Illius aut tyrannide sublata, damnauit et vincula & tartarũ atq; catenas. Nobis. n. miserè afflictis opus erat auxilio: in ipso verò auxiliũ erat sitũ. Si namq; cælum & terram implet, atq; omnia ipse fecit, manifestum est, eum solum omnia posse. Qui nisi ad nos descendisset, vires vniuersæ opis humanæ, umbra fuissent. Nam quæ, tantus prophetarum numerus, neq; Iudæorum potuerunt abolere simulachra: ea Christus accedens, veluti fumũ euanescere ex vniuersa terra coëgit, quandoquidem primi uiolatione præcepti & post hanc, cæco hominum auidissimè ad simulachra concurrentium, impetu, efficaciorẽ suum erga humanũ genus Amorem opponens figmentum suum redintegrauit, & ad priorem vsum reduxit. Hic ille est figulus, quem Hieremias vidit. Hæc collapsi vasculi per manus ipsius subleuatio, & vnde ad artificem gloria redijt, luti refictio reformatioq;. Ast ô admirabile opus. Admiranda fuit prima nostri fictio, digna habita manibus & inspi-

Finis orationis principis inferorum.

Sumptũ est hoc ex Osea, apud quem legimus: Vocabo nõ populũ meũ, populũ meũ & non dilectam, dilectã meã. A Paulo locus est translatus in epistolã ad Romanos.

C ratu

Ex geneſi
hoc ſumptū,
Inspirauit in
faciem eius
ſpiraculum
vita,

ratu dei (quæ nimirum manus & inspiratus dei intel-
ligit) admiranda magis reſcriptio (idēq; tantò, quanto
melius & acceptius eſt, bene affici, quàm quempiam
aliqua re afficere) adeoq; firmior et ſtabilior. Videmus
.n. homines, ſaltem illos, qui mentem habent, ſi domū
collapſam inſtauraturi ſint, robuſtiora tutioraq; priori-
bus elaborare ædificia altera; ne idem ruine metus im-
pendeat iterum. Quod autem homo facere conſueuit,
qui non multo magis hoc deo quis tribuat: Certè bo-
na deum ſuppeditare hominibus, primordio naturæ
humanæ fuit adnatum: adeò vt qui viuat, non tam
aërem ſpirando adducat, q̄ dei vtatur beneficio. Su-
pererat autem vt bonis imponeret ſaſtigium, id erat
ipſum ſe nobis, & nos ſibi cōmunionē naturę aſſimi-
lare, & è morte reducere, atq; hereditate donare regnī
cælorū. Qui enim, vbi ſe ipſum dare oportuit, prom-
ptiſſimus fuit; cui rei etiam ſi maxima ſit, ille peper-
cerit. Magna igitur hæc ſunt, ſed neq; aliena, neq; ex
eorum numero, quæ fieri non poſſunt, deum pro ho-
minibus fieri hominem, manentem interim deum, &
per carnem à ſe aſſumptam vniuerſam carnem vitæ re-
ſtituere. Tam glorioſus contra inimicum conſictus,
& tam ſplendida ab eodē reportata fuit victoria. Quid
enim: hoc cœne tantum, hominem per inſidias impo-
ſtoris lapſum, & humi miſerè iacentem, adeò eleuari:
quantum excidere ab eo, quòd ab initio obtinere vi-
debatur: Itaq; quam propter preuaricationem iuſſi ſu-
mus habitare terram non tam exiliū locum, quàm cō-
loniam ad tempus aſſignatam eſſe credimus. Nam in-
colimus etiā dum hodie paradīſum ſpe, & bonis, qui-
bus ille abūdabat, fruimur, & quo nihil maius eſt, na-
turam noſtram habemus quę aſſideat deo & patri po-
teſtatemq; accepimus, vt ſiam⁹ dei filij, adeoq; dij. Age
verò, poſſet ne quis dicere, vtrum ſælicius viuere no-
bis ſit permiſſum, an deus maiore nos amore proſe-
quatur: Nemo opinor. Quid reddemus Domino, pro
omni-

omnibus his, quæ dedit nobis? Siue enim cælum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, proponat, regias homini exstructas videre licet: siue hominem fingat, & immortalitate ornet, & excellentia propriæ imaginis uestiat: quis non hunc illum esse iudicet, qui bene velit, beneque faciat homini? siue etiam paradysum plantis amænum faciat, & hominem in eo collocet (euge felicitas) siue inde exigat, & morte damnet, ea de causa, ne malum longius & longius serpat, siue deus cum sit, homo propter nos fiat, & carnem gestet: & omnia, quæcunque passus creditur, patiatur: & ad inferos descendat: & in idem redeat: & in cælum ascendat, & regnum homini donet: & naturam nostram assensu paterno dignetur: hæcque omnia eo animo faciat, ut potius gratias dedisse, quam retulisse videatur? Ego equidem nec intelligere vel obscure, nedum prædicare dignis laudibus mare illud bonitatis queo, quod verò ab alio sum mutuatus, ut dicam, hoc scilicet eloquar. Quam magnifica facta sunt opera tua domine? Omnia cum sapientia fecisti, tu vnus tuus ipse præco dignus. Tu enim nosti, quanta feceris, & quam pulchra eadem. Adeste hic vos auorum cætus, patriarcharum concilia, prophetarum collegia, adeste hic, festiuum hunc diem nobiscum celebraturi. Nunc enim illa videre nobis contigit, quæ vnice optanda fuerunt. Estote omnes aspectu hilares, & gaudete spei ex omni parte composites. Credo equidem hanc rem, etiã angelis causam dedisse lætitiæ maximæ, amore enim ducuntur hominum quemadmodum dominus, cui ministrant, summo amore homines est complexus. Qui namque voluptatem capiunt maximam, quoties peccator vnus poenitentiæ ducitur, & ad mentem redit: qua non afficiantur lætitiã, cum tot animas, tam subito, relicto post tergum inferorum principe, velut missas factas cernunt? Atque nunc quidam animabus apud se presentibus gratulatur, et inuicem gaudent. Nam euacuato inferno plenum factum est cælum

Lotus ex
Psalterio:
Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?

lum spiritibus prophetarum, plenum iustorum, plenum patriarcharum: & post hos fuit quoque locus in caelo, quem occuparunt apostoli & martyres, accessio illis qui ibi habitant, innumerabilis: praeterea sanctis, & alias deo morigeris hominibus, distributa est regio caelestis. Hi enim explent multas habitationes illas, quas Christus in domo patris sui esse docet: atque inde omnis dolor est propulsus undique, ac in eius locum successit gaudium, quo etiam priorem illam, post lapsum acceptam cladem ex animis dolemus. Nam pro multitudine (ut ille ait) dolorum meorum, consolationes in corde meo, exhilarasti animam meam, & omnia in diversum cesserunt: atque nos humi abiecti, in altum sumus sublati, & educti de lacu miseriae, ac luto coeni sordidi. Qui autem se ipse extulit, & super cedros Libani caput exeruit, occidit, & iam non est amplius. Subuersa namque sunt valla ipsius, & munimenta in formidinem versa. Huiusmodi trophaeum rex noster statuit, nullo adducto exercitu, non in equis fiducia collocata, non motis armis, non obiectis muro tormentis: sed sua solius potentia hostium vireis fregit, utpote omnipotens. Quae sane res non longe abest ab aenigmate, Ille enim, qui abiectus, qui mendicus, qui illaris, qui nec ubi caput telligit, qui declinaret sortitus, qui tot & tanta passus, ac postremo etiam efferre se conatus est super omne quod est deus, gressus, coronam ab omni regno & potestate, & principem tenebrarum direptam asportauit. Ante hac quidem forte numerabat aduersarius, quot iugo regni sui premeret: nunc vero certa numeri ratio iniri nequeat eorum qui contra hunc cum Christo militant. Atque tunc irasci poterat, si non multis imperare uisus fuisset: nunc vero intolerabilia pateretur, nisi his, qui ipsi militant, modestiores reuocarentur. Possum & haec adijcere, ac fortassis non abs re. Nox erat a priori Adamo usque ad nouum Adamum: dehinc vero dies illuxit omnibus

Psalmographus sic habet:

Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuae legitificauerunt animam meam.

Generis humani aeternum hostem & aduersarium intelligit, qui etiam efferre se conatus est super omne quod est deus.

nibus quem inducere nouit sol ille iustitiæ, qui occu-
bitum nescit. Hyems erat, & omnia frigore peccati ob-
torpuerant, illinc circumstabat periculum, hinc pigri-
ties tranquillitatem strauerat. Caligo erat, & qui se de
die ambulare putabant, videre nequibant: post verò
clara serenitas per nubes siue depulsas siue discussas
prorumpens, enituit, nullum subterfugium sole per-
mittente, Dissidiũ erat & bellum, & multam occisio-
nem in homines inuexerant, postea pax alta denuntia-
ta est. Talia sunt admirabilia dei opera, gloriosè prædi-
cata ab angelis, decantatu celebratũq; digna ab ho-
minibus, horrèda demonijs, & laudata à creaturis om-
nibus: Illustrem autem nobis salutem reddidit, dei cœ-
litus in terram descensus: illustrem partus virgineus:
illustrem & fuga morborum ægritudinumq; à medico
Christo propulsorũ, inter cætera tamen maximè illu-
stris resplenduit in ipso Christi ad inferos descensu, &
regni, quod contra nos obtinuerat aduersarius, euer-
sione, atq; illo munere, quo nobis potestas est data con-
culcandi & proterendi caput ipsius. Adde quòd nec
dignè à nobis exigantur gratiæ, sed satis sit bonum
ducem sequi, & recta contendere ad regiam. Prodeat
forsan huc in mediũ aliquis eorum, qui auiditate di-
scendi tenentur, ac roget, Quamobrem cèdo, diutius
super terra, quàm sub terra sua consilia annuntiauit
seruator: & cur vtrumq; tempus ternione definijt, il-
lud quidem annorũ, hoc verò dierum? Atqui opinor
huic, antequam totam quæstionẽ proposuerit, respon-
si in mentem venturum, neq; opus fore doctore. Om-
nes enim à deo sumus docti. Reputet autem hæc apud
se, & quibus modis, uitam
nostram adhuc uiuentibus
corpus uarias turbas exci-
tet, & infinita extrinsecus
impedimẽta accidant; ani-

Physici tra-
dunt calore
res solui, fri-
gore contra-
hi, ita vt cum
hoc accadat,
functiones
& munia rei
pereãt, sicut
animis no-
stris accidit,
cũ peccati
frigore torpẽ-
tes suũ mu-
nus obire nõ
poterant: cũ
verò illud cõ-
tingit, redit
vsus mem-
brorum an-
tea rigidorũ:
quod effectũ
est in nobis
per calorem
solis iustitiæ.

* Ad Platoniorum accedit do-
gma, qui in corpore velut in te-
nebroso carcere cõsopitos ani-
mos nostros iacere docuerunt,
ita vt lucem intueri splendidam

mauerò que apud inferos sunt, nullo clauduntur se-
pto, corporibus uidelicet
exutæ. Vnde illis longio-
re cõtinuatione opus fuit
disciplina (ut quemadmo-
dum aqua sæpe cadendo
cauat lapidem, sic & sermo
animum emoliret) his, cū
sint aëri facillimè cedenti
similes, talis fuit natura, ut
statim potuerint animo percurrere, quæ ipsis sunt nū-
ciata. In utrunq; autem tempus ternio introducitur,
propterea quod multa ac

non possint, aut certè non nisi
cum summa molestia. Vnde
cum educti fuerint tum demū
fore ut omnia clarè cernerēt,
quæ hic in pigra corporis mo-
le cecutientes caligantesq; sen-
su usurpare non potuerant. Id
quod & Paulus sensit cum alijs
multis in locis, tū ubi ait: Hic
per umbram & sub inuolu-
cro videmus, quæ postea facie
ad faciem spectabimus.

* Quæ hic de numero ternario dicuntur, quoniam longū foret omnia explicare, paucis tantum ea perstringemus, quæ

maximè ad intelligentiam huius loci facere videntur. Itaque quod primū vocet numerum, ex eo est, quod ternarius tres unitates cõplexus, ex eis tanquam partibus integris conficiatur: ita ut unitates hæc aliter utpote primo in ternario sint, quam sunt in cæteris numeris, qui alioquin oēs dicerentur primi. Vocant enim Arithmetici numerum primum, qui ex partibus integris, hoc est, non redundantibus neq; deficientibus aptè conflatur, qualis Senarius, cuius dimidia pars 3. & tertia 2. & sexta 1. simul coactæ, senarium integre constituunt, ita & hic ternarium vi sua, aut ut hodie in Scholis loquuntur, potentia cum re ipsa non sit vult esse primum. Tempus autem per ternarium ita est distributum, ut annum primò dicamus (cum medicis) in ineuntem statum, & desinentem annum esse diuisum, sicut hominis vitam, in pueritiam, iuuentutem & senectutem (quamuis & aliæ fiunt apud medicos vitæ humanæ diuisiones) & diem in manè, meridiem & vesperam, cæteraq; eiusmodi. Excellentiam per hunc declarauit seruator cum in plurimis alijs, tum quod diuinam naturam patris & filij & spiritus sancti huic inuoluerit. Primam quoq; figuram constituit, nam inter numeros qui dicuntur geometrici, primus est, qui triangulum primam

mam & simplicissimam plurium angulorum laterumq; figuram hoc pacto * efficit, cū binarijs ipsum præcedens solum procreat lineam ad hunc modum .. vnitas non nisi punctum. Qui plura volet, apud Nicomachum, Gerasinum, Boetium, Macrobiū, & Xantem Pagninum in Isagoge Theologica reperiet.

rauit is, qui ter quaterq; beatus est: & rei unicuiusq; principium, medium ac finem determinat, & primam figuram constituit, & quæcunq; hoc tempus adferri nō patitur. Vnum autem est supremum, quod Deus, sicut vnitas est, ita & ternio sit, uel hinc nos docēs seruator, uenerari in ternione Deum, aut ostendens se ex ternione esse unum. Ita quoq; se habent, quæ ad tempus attingunt. Hæc igitur, & ea quæ præcesserunt, conspiciat Iudæi, desinant carnem circumcidere, Deus enim (quæ natura genita cernere nequeat) in ipsa conspectus est, sic ut his, qui conspectum ipsum reiecerunt, potentiam quæ visu percipi nequit, ostendere possit. Sed hos nemo inter alios prophetas fuit, qui non improbos esse pronunciarit. Ioannes autem soboli * viperarum adsi-

* Tam Pestilentis naturæ tradunt Physici esse viperā, ut femella cum masculo coiens simul ac senserit, se excepisse semen, caput socij ori suo insertum (hoc enim modo coitu utuntur) dentibus præcidat, & præmium postea à sua prole dignum tali facto referat. Nā fatus, cum maturuerit, perumpit vterū & ventrem matris, ac funesta vi parenti vitam eripiens, in lucem prodit. Plura apud Plinium & Aristotelem in historia animalium.

milauit. Nā re vera gens hæc propago est viperarum, ut qui virulento morfu illum interemerunt, in cuius sinu fouebantur. Hi sunt, qui multos percontationes seruatori laqueos struxerunt, hi, qui hydrā illam, quæ

§ Hydra hæc est, quæ apud Iernæam Paludē Herculi plurimum negotij exhibuit. Nam cum bellua multorū esset capitum, & hæc amputare niteretur Hercules, in vnus amputati locū duo noua suppullulare viderit, cui malo cum ferrum non esset par tollendo, ignem adhibuit, ac ita omnia deussit. Consulendus Erasmus in Chyliadibus.

in fabulis est, imitari, vnius amputati capitis loco, è
vestigio, quod porrigerent, habuerunt alterum, &
hoc sublato, non cunctati sunt obijcere tertium dein
aliud post aliud: donec multis porrectis et detruncatis
ad extremum se calumnijs armarunt, atq; his vrgentes
volentem volentes corripuerunt & ad crucem abdu-
xerunt. Eum namq; qui spirituũ legionibus imperat,
& ventos sedat, & per mare ambulat, inferiorem videri
hominibus mortalibus, ac non multo præstantiori-
bus, haud dubiè inditium facit quæ vires sunt horum,
& argumentum probet quanta sit tolerantia & q̄ im-
mensa prudentia illius: posteaquam deus cum sit (ut
ipsi, qui cū cruci affixerunt, fateri coguntur) illos, qui
gloriam ipsius ei detraxerant, & simulachris mortuis
tribuerunt radicitus nō extirpauerit, euidentissimum
patientia ei propria signum demonstrat. Ego quidem
scio, potuisse eum non pati, sed voluisse, siquidem ne-
cesse erat maiorum suorum illi absoluerent captum
vt quemadmodum hi in prophetarum conspirarunt
necē, ita ipsi vno consensu progredierentur ad eum,
qui ab illis prædictus fuerat, quod profectio patrum
criminibus egregium queat adferre patrociniũ. Quod
si id est factum, & vetera scelera nouo cumulentur au-
su, infælices sunt, qui genuerunt ad prophetarum cæ-
dem, infæliciores qui geniti sunt ad Christi mactatio-
nem. Mala illi nationi mens est ac præcipuè ijs, qui le-
gibus præesse dicuntur. Hoc autem maxime illos ha-
buit malè, quod viderent seruatorem se dignum præ-
bere his, quæ docebat: sese verò sibi cōscios esse, quod
longè à præceptis legum aberrarent. Nam vita & mo-
ribus probari, (quod alioqui difficile est) negligend-
um, tamquam inutile, censebant, multi autem &
sermone & doctrina locupletes erant (quod etiam
cuiuis volenti facile est) quasi non ideo viuendum ef-
set, vt virtutes exerceremus, sed vt tantum verbis eas
vsur-

vsur paremus. Vbi igitur primi ipsis erant assignandi
confessus, & in alios supercilium adducendum ibi sta-
tim in ore lex erat Moysis: in quibus vero legem præ-
tergressi, notam sibi inurendam cernebant, mox senio-
rum obijciebant traditiones. Nam abrogari à magistris
illis legem dei, minus videbatur, quàm propriæ indul-
gere libidini: & deglutire aliena. Quoties equidem in
tanta miraculorum, quæ seruator exhibuit, multitudine
Iudæos nullo sensu motos video, non reperio, cum
qua re efferatam illorum cæcitatem conferam, vt eius
effigiem qualemcumq; assequar. Sed et in ipsis miracu-
lis se educatos esse, et per multa miracula ex Ægyptio-
rum manu euasisse gloriuntur. Ingens quoq; hoc fuit
prodigium, quod manibus Moysis est administra-
tum, pedibus transire mare rubrum, et per solitudinem
iter facientes, cibum et potum inuenire non præter ad-
mirationem contigit, populi & reges ab ipsis sunt bel-
lo superati, vrbes vastatæ, terra promissionis occupa-
ta, atq; hæc quidem miraculorum plena, & eorum,
quæ miracula estimantur, perfectissima. At qui nec pa-
rentes horum fidos & bene erga deum affectos in his
perstitisse video, ac horum mores nisi eandem quam
illi præiuerunt, viam insisterent, qui cõmonstrari pos-
sit, hos ex illis genus ducere? Cum autem antehac de-
mentiam & malitiam, quibus insidiati sunt illi, à quo
tot beneficia acceperant, riserim: nunc magis dementa-
tos esse cerno, qui excubitores sepulchro adlocent,
quia scilicet metuunt hominem mortuum. Nam, cedo,
si homo mortuus est, quid times? si autem times, cui du-
bium esse potest, conscientiam tuam te quietum esse non
sinere, etiam si tecum ipse contendas * lunam (quod
fertur) cælo deducere? Hic enim ille est, cui nec diffici-
le fuit etiam super Cherubim euehi. Inuidentiã (si ve-

Domos
viduarũ de-
uorant, &
quæ ibidem
sunt adiecta,
huc spectat.

* Prover-
bium in eos,
qui conatur
ea, quæ vires
superant hu-
manas quæq;
fieri neque-
unt.

D
rum

rum fateri vultis) sanguinem litire contra seruatores,
vos coëgit. O probos legum Doctores. Non fuit eius-
dem animi, omni studio affectare magistros vocari, &
alios docendo seipsos exleges facere. Omittamus ist-
hæc. Prudens iudicatis factum tam multa repudiâsse
miracula, & non deo in deum, sed potius in caput ve-
strum opem tulisse putatis. Vos enim siue in popula-
rem vestrum, non tamen accomodatum vestris mori-
bus, tanquã in popularem inuecti estis, siue alienus sit
& omnem vobis laudem tribuat, non agnoscitis ali-
quem esse ex his qui gemini sunt. Iam verò tu mihi sa-
batha & illorum violationes obijce, ego contra oppo-
nam miracula (Hæc enim Christo, haud secus quam
vibræ corporibus ubiq; sunt comitata) & melius esse
semper adeoq; sabathis ipsis, animam seruare, quam vt
perdatur, admittere, nisi forte hac quoq; causa solem ac-
cuses, quod sabathis quiescere non nouerit, sed exortu
suo diem efficiat. At qui multò magis rationi consenta-
neum esset solem supra terram non apparere, quã hunc,
cũ deus sit, se à benè faciendò continere. Porro annon
extremæ est vesaniæ, si solem quamuis otium agat cum
voluptate intuemini, quod solis dominum illa tam exi-
mia facta patrantem, qualia sol non potest, & si possit
libenter commodum illud acceptaretis, nihil ab inani-
mi statua differre iubeatis : Agito nunc spectate hunc
nunquid, cum sabathum est, quietem colere sciat, (si-
quidem corpus naturæ lege à nuncijs suis desistere de-
bet) Is, qui à te conspectus nõ est, deus opera omnium
maxima facit, infernum ad interitum redigens, mor-
tem perdens, animas illic à seculo miserè afflictas, ex
ijs, è quibus effugere non licebat vinculis emittens;
Quisquis enim deo hoc detrahít, ne benè faciat : vna
detrahít, ne sit omnino. Vis intelligere, quod Christus
posteaquam.

posteaquam descendit ad Inferos, fortem vinxerit, &
 armamenta ipsius expilauerit: reuoca in mentem terre
 motū, milites somno obrutos haud aliter, quam mor-
 tuos sigilla ab insidijs libera & intacta, cum, qui custo-
 diam obseruabant, excubias post se reliquisse: ad hæc, His obli-
gnari curaue-
rat sepul-
chrū Hero-
des, ne disci-
puli (vt ipse
opinabatur)
corpus suf-
furarentur.
 angelorum præsentiam, & deuolutum ab ipsis lapidē.
 Hæc tibi, eorum quæ sub aspectum non cadunt, iudi-
 cia sunt, visa inuisorum velut magistri. Non enim vt
 corpore solum, sed & mente viuas, tibi datum est, nisi
 forte mentem te habere non admittas, quod ea ocu-
 los fugiat. Hæc tibi sint victoriæ signa, omnia sunt ma-
 gnifica, omnia præclara, vbiq; terrarum & tradita &
 credita, quantū libet sexcenties tu fidem deroges. Nō
 ne hæc tibi videt figuris olim expressisse Moyses. Mihi
 procul dubio videtur. Quid enim non egit. Descendit * Caliginē
hanc ne quis
ad aëre Egy-
ptiorum re-
ferat, qua
perpetuò se-
rena & ab
omni tem-
pestate libe-
ra sunt, vt
tradunt Pli-
ni⁹, Solinus,
Strabo, He-
rodotus, Dio-
dorus, Scu-
lus, alijq;
geographi,
sciat Planu-
dē dicere ca-
liginē men-
tis, cui inuo-
luti fuerunt
Ægyptij, vt
sacræ literæ
docent.
 & ipse in Egypti caliginem, multis & grauibus con-
 tra principem Pharaonem militauit cladibus, supera-
 uit, populum e tyrannide exemit, & illinc eduxit. Pha-
 raonem simul cum vniuerso exercitu maris gurgiti im-
 merisit. Non obscurum est, hæc fuisse præcedentes, eo-
 rum quæ secutura erant, figuras. Verum quis est, qui
 tibi persuasit, deum tantum subijisse studium propter te
 solū, modo murmuratorem te ingrātū quem aperte vi-
 dit indies à se desciscere, & ad nequitiam procedere.
 Ego profectō in multis rebus vestigans & me confi-
 dens, quod tua de genere indignitate possim inuenire
 deterius vndiq; destituor. His enim quæ obuenire sibi
 quis optarit præsentibus animū accōmodare & iisdem
 frui affatim nolle (præcipuè cum absq; labore & sine
 sumptu fieri possit) qua prauitate (dic tu mihi quæ so-
 qui perpetuò detrectas, & pñteri veritatē recusas) non
 erit prauius. Quid autē desideraueris hæc tibi euenire
 melius, aut q̄s tibi maiora annuntiare posset, vel vnde
 tibi cōmodior dei fiat copia, quem vt nō consequaris,
 D 2 quid

quid tibi, ipsius cultu postposito, grauius quis impre-
cari posset. Nam summum malorum, quæ pati aliquis
posset, est, fide erga verum deum excidere. Disce, quam
sint omnia, quæ ad nostram salutem coierunt, per om-
nia fide digna. Angelus conceptum virilis fatus ne-
scium annuntiavit Virgini, sic vt dominus esset cum
ipsa, Angeli uisi sunt parienti cantantes gloriam & pa-
cem & lætitiã tum in terris, tum inter homines. An-
gelus astans Iosepho, suspicionem de virgine adimit,
atq; modo illos cum infante in Ægyptum deducit, mo-
do indidem reducit. Quorsum autem opus est recense-
re angelos, qui interea dum hic vixit, deo ministrarunt

* Ita Io- * verbo; aut etiam eos, qui post resurrectionem, cum
hãnes ait: De assumptus esset, apparuerunt discipulis. Sed & nunc
us erat ver- angeli alio sigillo salutem nostram contra Iudæos ob-
bum. signant, & resurrectionem confirmant. O miraculum:
quantam hæc secum fidem trahunt. Nisi enim tantus

¶ Vt qui
etiam fidem
non adhi-
buit verbis
angeli, ob
quam rem
mutus est
factus.

hominum fuisset cõfluxus, sed vnus isq; semel tantum
adfuisset, non foret credendum (sed nec ¶ Zachariã il-
li contulit) nam si nullum vidissemus angelum, ne-
quaq; ex se eam res habuisset naturam vt nullo præsen-
te patrocínio, talis, qualis cum illud nunc adest, esset.
Hæc namq; eiusmodi sunt vt alia fides non sit deside-
randa. Talia enim argumenta etiamsi nulli alij fidem
fecissent, satis efficacia fuerunt, quæ stupidissimum etiã
excitassent. Sed hæc ad hos de his. Finem autem dicen-
di faciam, cum hæc adiecero.

Beatus, qui Christum, quamuis è ligno pendentem;
respexerit, sicuti latro ille, qui deum est professus. Fe-
lix qui Christũ propter pauperes nudum, tegit: quem-
admodum Ioseph, siue vt Nicodemus, bonis operi-
bus Christum vnixeris, non exigua erunt tibi apud
ipsum repolita præmia, siue vt Magdalena & altera
Maria

Maria vnguentum adferens (pium opus) Christum
* colleueris: non diu erit, quin Christum sis visurus,
& gaudium ab ipso auditurus. Proficiscere ad latitan-
tes apostolos, & si cum Thoma te ambigere de resurre-
ctione contigerit, merito irasceris, quod Chri-
stum ipse cum cæteris non videris, at non
semper: nam conuersus prosterne te in
genua, & crede, ac deũ ipsum agno-
scendo prædica gloria euectum
cum patre et spiritu in se-
cula seculorum,
Amen.

*Hoc enim
cõtingit Mag-
dalene, vt ar-
dentissimè
& luctuosif-
simè deside-
ratũ domi-
num suum,
antequam
expectaret
cũ ineffabili
gaudio corã
astare vide-
rit.

DILINGÆ EXCVDEBAT
SEBALDVS MAYER.

